Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Dicunt enim & non faciunt. Non utiq: dicere & quae faciunt facere nolite. nisi manifestus sent mala quae faciunt. Non ergo propter malos in mala dissensione pereamus. quam uisuros maiores non exsecratores malorum. sed accusatores innocentium fuisse. si uellitis possimus ostendere. Sed quicumq: illi & quales cumq: fuerint. postent sarcinas suas. Ecce scriptura communes. ecce ubi nouimus xpm. ecce ubi nouimus ecclesiam. Si xpm ipsum tenetis. ipsam ecclesiam quare non tenetis. Si in ipsum xpm quem legitis & non uidetis. Tamen propter ueritatem scriptura rum creditis. quare ecclesiam negatis quam & legitis & uidetis. haec uobis dicendo. & ad hoc bonum pacis & unitatis. & caritatis conpellendo. inimici uobis facti sumus. & mandatis quia occidetis nos qui ueritatem uobis dicimus. & in errore uos perire quantum possumus non permittimus. Uindicet nos dominus de uobis. ut ipsum errorem uestrum in uobis occidat & nobiscum de ueritate gaudeatis. amen.

Expliciunt epl sci Agustini ad donatistas.

LV. Incipit epl sci Agustini ad festum.

Domino dilectissimo & honorabili ac suscipiendo filio festo. Agustinus in dno salutem. Si per errore homines & damnabili dissensione. & conuictu modis omnib; falsitate tanta praesumunt ut eorum salutem requirenti catholicae ecclesiae tam audaciter. insidiari minari quae non cessant. quantum magis aequum est & oportet eos qui pacis & unitatis xpianae asserunt ueritatem. omnib; & iam dissimulantib; & cohibentibus manifesta satagere. instanter. atq: inpigre. Non solum pro eorum munimine qui iam catholici sunt. uerum & iam pro eorum correctione qui nondum sunt. Nam si pertinacia insuperabiles uires habere conatur. quantus decet habere constantia. quae in eo bono quod perseuerenter atq: infatigabiliter agit. & dsse placere nouit. & procul dubio non potest hominibus prudentibus displicere. Quid autem infelicius atq: peruersius. sicut donatistae faciunt. qui se persecutionem